

ampliatum, late ovale, dorso leviter convexiusculo, connexivo late depresso.

3. *Tuonia brevicornis* n. sp.

Prasina, scutelli basi ochracea, hemielytris albidis, parcius longe nigro-pubescentibus, membrana æqualiter nigricante, venis maculaque inter angulum cunei et apicem areolæ minoris albidis; capite (♂) basi pronoti solum $\frac{1}{3}$ angustiore, vertice oculo fere $2\frac{1}{3}$ latiore; antennis articulo secundo capite cum oculis a supero viso parum longiore, crassiusculo, cylindrico; tibiis albidis, longe nigro-spinulosis.—Long., ♂ $2\frac{2}{3}$ mill.

Sarepta, unicum specimen misit D. Dr Puton.

T. tamaricis Perr. et *arcuferæ* Reut. affinis, structura capituli et antennarum facile distinguenda. Caput fortiter transversum, a supero visum pronoto brevius, basi pronoti solum $\frac{1}{3}$ angustius. Rostrum apicem coxarum intermediarum subattingens. Antennæ articulis duobus ultimis simul secundo parum longioribus, 4° 3° circiter $\frac{2}{5}$, breviores. Pronotum apice quam basi fere $\frac{2}{5}$ angustius, basi longitudine fere duplo latius, lateribus rectis. Hemielytra abdomen minus longe superantia. Femora virescentia, postica inferne atomis paucis minutissimis nigris. Tarsi sordidi, articulo ultimo apice fusco, postici tibia fere $\frac{2}{3}$ breviores, articulo ultimo duobus primis simul sumtis longitudine æquali.

ADNOTATIONES HEMIPTEROLOGICÆ.

SCRIPSIT

O.-M. REUTER.

1. *Ceratocranum* mihi.
Ceratocephala Jak. 1880, nomen præoccupatum (Ward, 1838, Crustacea; Malmgren, 1867, Vermes).
2. *Lelia* Walk., 1867.
Prionochilus Dall. 1849, nom. præoccup. (Strick, 1841, Aves).
Renardia Jak. 1877, nom. præoccup. (Motschulsky, 1865, Coleopt.).

3. *Trochiscocoris mihi*.
Trochiscus Jak. 1880, nom. præoccup. (v. Heyd. 1826, Arachnida; Held 1837, Mollusca [= *Petasia* Beck]).
4. *Phyllomorpha algerica* Luc. species propria, *Ph. lacerata* H.-S. magis quam *Ph. laciniata* affinis, ab hoc corpore graciliore, colore in rufescentem vergente, lobis abdominis (præcipue tertio), multo longioribus, angustioribus et acutioribus, fere ut in *lacerata* constructis, rostroque longiore, coxas posticas superante distincta.
5. *Alydus calcaratus* L., var. *hirsutus* Kol., 1845.
Alydus stratus Motsch., 1859.
6. *Geocoris albipennis* F., species propria, a *G. atro* F. corpore distincte magis elongato, hemielytris brevioribus distinctus.
7. *Brachyplax palliata* Costa.
Brachyplax linearis Scott, 1872, = specimen nuper exclusum; individuum cum descriptione in omnibus congruentem vidi.
8. *Bycanistellus mihi*.
Bycanistes Stål, nom. præoccup. (Cab., 1860. Aves, Bucerotidæ).
9. *Piezoscelis punctata* Luc. (*Rhyparochomus*), 1849.
Piezoscelis Putoni Reut., 1888.
10. *Tropistethus holosericeus* Sch. var. *fasciatus* et *subfasciatus* Ferr., 1874, in Puton, *Cat. d. Hém. d'Eur.*, 1886, omissæ.
11. *Pionosomus varius* Wolff.
Lygaeus ^b*bimaculatus* Zett., synonym. in Put. *Catal.* omissum.
12. *Plinthisus humilis* Horv., 1886, Syria, in eodem omissus.
13. *Lethæus cribratissimus* Dohrn.!, nec Stål, ut in eodem legitur.
14. *Taphropeltus hamulatus* Thoms., 1870.
Taphropeltus obscurior Rey, 1888.
15. *Serenthia læta* Fall.
S. femoralis var. *confusa* Put. 1879 = forma macroptera, membrana majore, bene discreta, evidentius areolata. Berolini cum f. brachyptera (*læta* typica) inveni.
16. *S. femoralis* Thoms., 1871 (*Agramma*) species propria; formam macropteram et brachypteram possedo; etiam hac ab eadem forma *S. lætæ* femoribus nigris, solum apice ferrugineis, membranaque magis discreta et evidentius areolata, necnon serie marginali elytrorum majore divergit.
17. *Galeatus brevispinus* Jak. 1880.
G. brevipennis Put., *Cat.*, 1886, error typogr.

18. *Phyllontocheila* Fieb., 1844.
Platychilæ Fieb., 1861, divisio generis *Monanthia*, *Platychila* Put., *Cat.*
19. *Tropidochila tenuicornis* Jak., 1878!, nec 1881, ut in *Cat.* Put.
20. *Monanthia!* *platyoma* Fieb.
Physatochila id. Put., *Cat.* Species generis *Monanthia* Fieb., Put. *M. nasatæ* Put. proxima, ab omnibus autem membrana marginali pronoti usque ad carinam mediam reflexa facile distincta. Obs. Canalis orificialis nullus. Spatium laterale hemelytrorum ad apicem spatii discoïdalis introrsum angulum formans.
21. *Polyioxus* Spin., 1858 (Insecti arthroïd.), sec. D. D^r Bergröth in litt.
Acanthothorax Costa, 1840, nom. præocc. (Gæde, 1833, Coleoptera, = *Mesocerus*).
22. *Centrosclericoris* Put., genus divisionis *Harpactoraria!* Obs. structura hemelytrorum!
23. *Mecistocoris* Reut., generi præcedenti proximus, ad eandem divisionem referendus.
24. *Amphibolus!* *leucopterus* Horv.
Coranus id. Horv. Obs. Mesopleura antice tuberculo destituta, unguiculi simplices.
25. *Callistodema* mihi.
Callidema Jak., 1876, nom. præoccup. (Guérin, 1843, Coleoptera, Cicindeletæ).
26. *Acanthia fennica* Reut., 1883.
Salda opacula Flor, 1860, nec Zett.
Salda costalis Thoms., 1871, nec Sahlb.
27. *A. amæna* Reut., 1877, Sibiria, species in *Cat.* Put. omissa. Descriptionem in opere coleopterologico (Mæklin, *Æfv. Finska Vet. Soc. Forh.*, 1876, 77; *K. Vet. Akad. Handl.*, XVIII, n^o 4, p. 47, 34), insertam collegis hemipterologicis plerisque ignotam, hic offero: *A. melanoscelæ* Fieb., proxima. Corpus nigrum, ovale, pubescentia in specimine descripto detrita. Caput totum nigrum, opaculum, fronte coriacea, nutante. Oculi magni, antrorsum minus fortiter convergentes, nigrofusci, læves. Ocelli approximati. Antennæ nigræ, summo apice articuli primi apiceque articuli secundi obsolete obscure ferrugineis, articulo secundo primo duplo longiore. Pronotum sat fortiter transversum, breve, basi tamen capite haud duplo latius, lateribus rotundatis, disco nitido, foveola disci antici impressioneque arcuata pone medium sita profundis. Scutellum nitidum, medio impressione lata transversali pro-

- funda, parte postica levius transversim strigosa. Pectus nigrum. Hemelytra nigra, locis opacis nigerrimis aliisque nitidioribus variegata, corio mox ante medium vitula sat lata laterali marginem lateralem tamen haud attingente, ad venam cubitalem desinente, basin versus oblique currente, guttula minutissima ad apicem hujus guttulaque parva ante apicem corii albis; membrana pallida, areola interiore sive prima apicem secundæ attingente, venis fuscis, basi macula ad apicem corii aliaque marginis exterioris media nigro-fuscis, macula media oblonga areolarum apiceque membranae fuscis. Femora nigra, tantum apice angustius flava. Tibiæ flavæ, anteriores basi, annulo latiore medio (tibiæ antice externe interrupto) apiceque nigris, tibiæ posticæ basi et apice marginibusque externo et interno nigris, annulo lato pone medium obsolete fusciscente. Tarsi flavi, articulo ultimo toto cum unguiculis nigro. — Long., 2 3/4 mill. Krasnojarsk, unicum specimen (Mus. Holm.).
28. *Acanthia saltatoria* L. ab *A. pallipede* F. pronoti margine apicali angustiore, lateribus igitur versus apicem magis angustato, angulis anticis haud truncatis tibiisque externa basi, apice medioque nigris. Color tibiæ stabilis. Specimina gallica « *Saldæ saltatoriæ* » a Puton, *Syn.*, p. 200, citata, tibiis ut in *pallipede* coloratis gaudientia, examinavi. Hæc specimina autem re vera ad *pallipedem* ! referenda, cum qua specie etiam structura pronoti congruunt.
29. *A. saltatoria* L.
Salda lapponica J. Sahlb., 1881. = ♂ brach.
30. *Acanthia pallipes* F.
Salda laticollis Reut., 1875. = varietas magna.
S. palustris D. et Sc., 1874. = varietas.
A. pallipes ejusque varietates a *saltatoria* differt tibiis anticis externe vitta integra a basi ultra medium ducta nigra signatis pronotique margine antico late truncato, capiti æque lato vel hoc fere latiore lateribus igitur versus apicem minus angustatis, angulis anticis sæpe subtruncatulis.
31. *A. pilosella* Thoms., 1871, species propria, ab *A. pallipede* non solum pilositate, sed etiam corpore magis oblongo et magis parallelo, superne suboleo-micante, articuloque quarto antennarum tertio distincte longiore divergens.
32. *A. arenicola* Scholz, species propria ab *A. pallipede* non solum signatura hemelytrorum, sed etiam corpore superne plerumque dense et breviter *argenteo*-pubescente nec non lateribus pronoti præcipue apicem versus fortius rotundatis.

- Quam *A. pallipes* multo longius et magis velociter saltat.
33. *Montandoniella dacica* Put., 1889.
Ectemnus magnicornis Jak. 1889. Obs. Descriptio cel.
Putoni structuram antennarum satis false indicat. Articulus primus apicem capitis haud attingens, quartus tertio distincte longior (sec. specim. a D. Montandon communicatum).
 34. *Stenodema virens* L., var. *nigrofusca* Fokk., 1885, varietas in *Cat.* Put. omissa.
 35. *Phytocoris albicans* Reut., 1877.
Phytocoris unicolor Reut., 1880. = var. *pallida*.
 36. *Brachycoleus triangularis* Goetze 1778 (*Cimeæ*)!
Cimeæ eryngii Geoffr. in Fourc., 1785!
Cimeæ trigonus Gmel. 1788!
Phytocoris bimaculatus Ramb., 1842. *Cimeæ triangularis, eryngii* et *trigonus* in mea *Rev. Syn. Het.*, n° 123 false sub *Arocato Ræseli* citati. Descriptio Geoffroyi cum *Brachycoleo bimaculato* Ramb. Fieb. optime quadrat.
 37. *Saundersiella* mihi.
Saundersia Reut., 1876, nom. præoccup. (Schiner, 1868, Diptera, Muscidæ).
 38. *Zygimus Pinastris* Fall.
Capsus luridus Mey., nec Fall. = var. *maculicollis* M. et R.
 39. *Mimocoris coarctatus* M. et R., 1852.
Myrmecomimus pæderoïdes Costa, 1884 = ♀, sec. spec. typ.
 40. *Systellonotus albofasciatus* Luc., 1849 (*Phytocoris*).
Systellonotus Micelii Ferr. et Reut., 1886.
 41. *Systellonotus unifasciatus* Fieb. et Reut., 1879.
Systellonotus venustissimus Costa, 1888, sec. sp. typ.
 42. *Allodapus* Fieb., 1860.
Eroticoris D. et S., 1865. Obs. Nomen *Allodapus* non præoccupatum; solum *Allodape* Le P. et Serv. (1825, Hymen., Apiariæ).
 43. *Myrmecophyes* Fieb. 1870.
Diplacus Stål 1859, nomen præoccup. (Rafinesque 1815, Ascidiæ)
 44. *Halticus luteicollis* Panz., 1805.
Miris bicolor Germ. 1819.
Strongylocoris bicolor Put., *Cat.*
 45. *Halticus Henschi* Reut., species propria et distinctissima, falsissime a cel. Horvath (*Rev. d'Ent.*, VIII, 327, 30) cum *H. pusillo* H.-S. identificata. Ab hoc notis plurimis, cor-

- pore multo minore, colore pedum valde diverso, etc., facillime distinguendus (Vide *Rev. d'Ent.*, VII, p. 58). Dr Hensch *H. pusillum* sub nomine falso (*Henschii*) D^o Horvath dedit.
46. *Strongylocoris obscurus* Ramb., 1842 (*Capsus*).
Capsus obesus M. et R., 1852.
Stiphrosoma livida Fieb., 1860.
47. *Platypsallus* J. Sahlb. Genus divisionis *Cremnorrhinaria* !
 Obs. Alarum areola hamo destituta. Arolia cum unguiculis connexa, lata. In synopsi divisionum (*Hem. Gym. Eur.*, III, p. 567, LL, *deletur* : « Caput fortius nutans rostro-productum, angulo faciali fortius acuto »).
48. *Irbisia* Reut. Genus divisionis *Capsaria* ! Obs. Arolia divaricata, magna. Pronotum strictura apicali distincta (la'a, sat deplanata).
49. *Piezocranum simulans* Horv. A D^o Horvath ut mas *Orthocephali punctatipennis* Reut. citatum (*Rev. d'Ent.*, VIII, 327, 32), sed corpus cum antennis pedibusque pubescens, vertice et fronte depressis, clypei basi altius posita, etc., divergens. Dr Horvath in litteris dicit ; « Was die Zusammenhøerigkeit von *Piezocranum* ♂ und *Labops punctatipennis* ♀ betrifft, so habe ich diese zwei Insecten allerdings nicht zusammen gefunden, wohl aber in einer Gegend, ohne je ein ♀ vom ersten oder ein ♂ von zweiten gesehen zu haben. Die Pubescenz von *Piezocranum* macht die Identifizirung gewiss etwas bedenklich. »
50. *Pachytomella* mihi.
Pachytoma Costa, 1841, nom. præoccup. (Svains. 1840. Mollusca). Obs. Genus *Labops* Put., *Cat.*, 1886 in genera sequentia dispono ; *Lamprella* m. (*punctatipennis* Reut.) *Pachytomella* m. (*alutacea* Put., *phœnicea* Horv., *parallela* Mey., *Passerinii* Costa, *Doriae* Ferr. et Reut.), *Orthocephalus* Fieb., Reut. (*brevis* Panz., *Proserpinæ* M. et R., *niger* Reut., *saltator* Hahn, *tenuicornis* M. et R., *mutabilis* Fall., *funestus* Jak., *vittipennis* H.-S., *bivittatus* Fieb., *bilineatus* Jak., *rhyparopus* Fieb.), *Euryopocoris* Reut. (*nitidus* Mey.), *Schænocoris* n. (*flavomarginatus* Costa), *Scirtetellus* m. (*brevipennis* Reut.), *Anapus* Stål (*Kirschbaumi* Stål, *longicornis* Jak., *pachymerus* Reut., *rugicollis* Jak., *sibiricus* J. Sahlb., *Freyi* Fieb., ? *nigritus* Jak.), *Labops* Burm. (*Sahlbergi* Fall., *Burmeisteri* Stål), *Dimorphocoris* m. (*marginellus* Put., *tauricus* Horv., *gracilis* Ramb., *Schmidti* Fieb., *Putoni* Reut., *satyriscus* Scott, *punctiger* Horv.,

- debilis* Reut., *nebulosus* Fieb., *tristis* Fieb.), *Plagiostylus* Scott (*Bolivari* Reut., *maculatus* Scott).
51. *Pachytomella Passerini* Costa, *Ann. Soc. Ent. Fr.*, 1841, p. 288 (*Phytocoris*) = ♂.
Pachytoma minor *ibid.*, p. 289 = ♂.
Orthocephalus minor Fieb., 1861.
52. *Orthocephalus Proserpinæ* M. et R., 1852 (*Capsus*).
Orthocephalus coracinus Fieb. et Put., 1874.
53. *Orthocephalus mutabilis* Fall.
Capsus stygialis M. et R. = ♀.
54. *Anapus longicornis* Jak., 1882.
Labops arenarius Horv. 1884.
55. *Dimorphocoris gracilis* Ramb., 1842. = ♂.
Orthocephalus signatus Fieb., 1861. = ♀.
56. *Megalocoleus* m.
Macrocoleus Fieb., 1860, nom. præocc. (Des. 1849, Hymenoptera).
57. *Psallus ancorifer* var. *fuscinervis* Reut.
Psallus puberulus Mont. 1887, sec. spec. typ.
58. *Psallus limbatellus* Put. 1890 (*Maurodactylus*). Femora tibiis obscuriora, rufa, postica inferne punctis nigris (parcius) adpersis. Structura capitis cum gen. *Psallus* congruit, oculi tamen læves. Pili fragiles in speciminibus verisimiliter detriti.
59. *Asciodema Fieberi* D. et S., species in *Cat.* Put. ommissa.
60. *Plagiognathus albipennis* Fall.
Phytocoris betuleti Hahn, 1834, nec Fall.
Obs. Magnitudo, color pedum anteriorum! « Ich fand sie immer nur im Grase » (Hahn). Specimina (♂) cum figura Hahni in omnibus convenientia in Fennia meridionali inveni.
61. *Ethelastia* Reut. = Genus divisionis *Plagiognatharia* ! Pronotum strictura annuliformi apicali destitutum; alarum areola hamo distincto; *arolia cum unguiculis* longissimis *tota connexa*. Forsitan in vicinitate generis *Phylus* Hahn optime locanda.
-